

Constantini facti.

nas se illaturum. Qui cum uideret quosdam à Christo defe-
cisse, quosdam immobiles permansisse, permanentes mune-
ribus donauit, sibiq; amicos et consiliarios fecit, deficientes ue-
ro contumeliosè de palatio expulit, dicens, se illis nunquam
crediturum, qui deo suo infideles essent.

In hac tempes-
tate Galerius Maximianus cum Constantio imperator est
factus. Mortuo uero Constantio Maximinus et Severus
à Galerio anno 1 Cesares creantur, ab anno persecutionis
1111.

Galerius.

Maximins.
Seuerus.

Maxentius Herculei Maximiani filius Roma
Augustus appellatur.

Maximins.

Licinius Constantiæ sororis
Constantini uir Carnuti imperator creatur.

Licinius.

Carnutum.

Constantinus uero Constantij ex Concubina Helena filius in
Britannia factus imperator regnauit annis xxx et men-
sibus x.

Constantinus.

Eui occiso Maxentio et fugato Licinio solus monar-
chiam tenuit. Hic de persecutore christianus beato Siluestro
baptisante effectus, fabricauit in suo palatio Iesu Christo suoq;
Baptista Iohanni basilicam quam appellant ex suo nomine
Constantinariam.

Alteram beato Petro et Paulo in templo
Appollinis, utrorumq; corpora circumfundens ære cypro quin-
que pedes grosso. Multas quoque alias Romæ construens ec-
clesias, et baptisterium miro opere factum, tradidit ipsam S.
Petro ciuitatem cum innumeris possessionibus alijs, iubens
per omnem mundum cunctos episcopos ita pro capite habere
Romanum pontificem, sicut reges cæteraq; potestates im-
peratorem.

Donatio Constan-
tini.

Tunc in orientem transiens sui nominis ur-
bem in Thracia regione construxit, eam Romani sedem
imperij totiusq; orientis caput esse constituit, cuius etiam
industria Sinodus Nicena, decimo Calend: Jul: die collec-
tione cccxviii patrum celebratur, Anno dominicæ in-
carnationis cccxviii.

Synodus Nicæna.

Mortuo Constantino tres filij sui, Constantinus, Constans
et Constantius imperatores creantur, defunctis uero du-
obus solus Constantius monarchiam obtinuit, impiè Aria-
nus effectus.

Constans.
Constantius.

rus habetur.

Maximinus Treuirensis episcopus cla-
rus habetur. Anthonius Monachus c v. ætatis suæ

Maximins.
Anthonij.